

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Augustini in euangelium secundum Iohannem sermones  
CXXIII - Cod. Aug. perg. 47**

**Augustinus, Aurelius**

**[Reichenau ?], [14. Jh.]**

Sermo LVI

[urn:nbn:de:bsz:31-64194](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-64194)



extima praemisit obsequia . non solum eis pro quibus erat subiturus mor-  
tem ( sed & iam illi qui eum fuerat traditurus ad mortem ; tanta est quip-  
pe humanae humilitatis utilitas . ut eam suo commendare & exemplo & iam  
diuina sublimitas . quia homo superbus in aeternum periret nisi eum de hu-  
milis inueniret . Uenit enim filius hominis quaerere & saluum facere quod  
perierat ; perierat autem per superbiam deceptoris ; sequutus ergo humili-  
tatem redemptoris . sequatur inuentus . **EXPLICIT SERMO LV.**

**INCIPIT LVI. AB EO QUOD AIIT . UENIT ERGO AD SIMONEM  
PETRUM ET DICIT EI PETRUS DNE TU MIHI LAUAS PEDES  
USQUE AD IDUBI DICIT . QUI LOTUS EST NON INDICET  
UT LAUET SE DESTE MUNDUS TOTUS .**

**C**um lauar & dñs pedes discipulorum . uenit ad simonem p̄rum . &  
dicit ei p̄rus . Dñe tu mihi lauas pedes . quis enim non expaues-  
ceret & lauari sibi pedes a dñi filio . quamuis itaq . magne fuisset auda-  
ciae contradicere seruum dño . hominem dño . tamen hoc p̄rus facere  
maluit . quam per p̄ri ut sibi pedes lauirentur ad dño & dño ; nec putare de-  
bemus hoc p̄rum inter ceteros formidasse atq . recusasse . cum id alii ante  
ipsum libenter uel aequanimiter sibi fieri permisissent ; facilius quippe  
sic accipiuntur ista uerba euangelii . quia cum dictum esset . coepit lauare  
pedes discipulorum & extergere linteo quo erat praecinctus . Deinde  
subiunctum est . Uenit ergo ad simonem p̄rum . quasi aliquibus iam  
lauisset & post eos uenisset ad primum ; quis enim nesciat primum a pos-  
tolorum esse beatissimum p̄rum . sed non ita intelligendum est qd̄  
post aliquos ad illum uenerit . sed quod ab illo coepit . quando ergo  
pedes discipulorum lauare coepit . uenit ad eum a quo coepit . id est ad  
p̄rum . & tunc p̄rus quod & iam quilibet eorum expauescit . expaue-  
atq . ait . Dñe tu mihi lauas pedes . quid est tu . quid est mihi . cogitan-  
da sunt potius quam dicenda . nescit enim quod ex his uerbis aliquatenus  
dignum concipit anima . non explicat lingua ; sed respondit ih̄s & dixit  
ei ; quod ego facio . tu nescis modo . scies autem postea ; nec tamen ille domi-  
nicis facti altitudine exterritus . permittit fieri quod cur fieri ignora-  
bat . sed usq . ad suos pedes humilem xpm̄ adhuc non uult uidere . non  
potest sustinere . Non lauabis mihi inquit pedes in aeternum ; quid est  
in aeternum . Numquam hoc feram . Numquam patiar . Numquam sinā ;  
hoc quippe in aeternum non fit . quod numquam fit . Tum saluator  
aegrum reluctantem de ipsius salutis periculo exterrens . Si non laue-  
rote inquit . non habebis partem mecum ; ita dictum est . Si non lauerote .



cum de solis pedibus ageretur. quomodo dici ad sol & calcas me. quando  
 sola planta calcatur. At ille amore & timore perturbatus. & plus expauer  
 cens xpm sibi negari. quam usq. ad suos pedes humiliari. Dñe ait. non  
 tantum pedes meos. sed & manus & caput. quando quidem sic minaris. la  
 uanda tibi mea membra. non solum ima non subtraham. uerum & iam pri  
 ma substerno. ne mihi neges capiendam tecum partē. eum nullam tibi nego  
 abluendam mei corporis partem. Dicit ei ihs. qui lotus est. non habet opus  
 nisi pedes lauare. sed est mundus totus. hic moueatur quis fortassis &  
 dicat. Immo si mundus est totus. quid ei opus est uel pedes lauare. Dñs  
 autem nouerat quod dicebat. & iam si nostra infirmitas eius secreta non  
 penetrat. uerum tamen quantum nos erudit & ex lege sua docere digna  
 tur. Pro capite meo. pro modulo meo aliquid & iam ego de huius quaesti  
 onis profunditate illo adiuuante respondeam. ac primum ipsam loquuti  
 onem non sibi esse contrariam facillime ostendam. quis enim non ita  
 rectissime loqui possit. mundus est totus praeter pedes. elegantius autē  
 loquitur. si dicit. mundus est totus nisi pedes. quos tantum lauat. hoc ergo  
 ait dñs. non habet opus nisi pedes lauare. sed est mundus totus. totus utiq.  
 praeter pedes. uel nisi pedes quos habet opus lauare. sed quid est hoc.  
 quid sibi uult. quid hoc necessarium est ut quaeramus. Dñs dicit. ueritas  
 loquitur. quod opus habeat pedes lauare. & iam ille qui lotus est. quid fr̄  
 mei. quid putatis. nisi quia homo in scō quidem baptismo totus abluitur.  
 non praeter pedes sed totus omnino. Uerum tamen cum in rebus huma  
 nis postea uiuitur. utiq. terra calcatur. ipsi igitur humani adfectus sine  
 quibus in hac mortalitate non uiuitur. quasi pedes sunt. ubi ex humanis  
 rebus adficimur. & sic adficimur. ut si dixerimus quia peccatum non hu  
 bemus. nos ipsos decipiamus & ueritas non sit in nobis. Cotidie igitur pe  
 des lauat nobis qui interpellat pro nobis. & cotidie nos opus habere ut  
 pedes lauemus. id est uias spiritualium gressuum dirigamus. in ipsa ora  
 tione dominica confitemur cum dicimus. Dimitte nobis debita nostra  
 sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. si enim confitemur sicut  
 scriptum est peccata nostra. profecto ille qui lauit pedes discipulo  
 rum suorum. fidelis est & iustus quid dimittat nobis peccata & mundet  
 nos ab omni iniquitate. id est usq. ad pedes quibus conuersamur in  
 terra. proinde ecclesia quam mundat xps lauacro aquae in uerbo.  
 non solum in illis est sine macula & ruga qui post lauacrum regenera  
 tionis continuo ex huius uitae contagione tolluntur. Nec calcant terrā  
 ut opus habeant pedes lauare. uerum & iam in his quibus istam



miseri cordiam praebens dñs fecit eos de saeculo isto lotis & iam pedibus emigrare. In his autem qui hic demorantur. & iam si munda sit. qñm iuste uiuunt. opus tamen habet pedes lauare. qñm sine peccato utiq. non sunt; propter hoc dicit in cantico canticorum; Laui pedes meos. quomodo inquinabo eos. dicitur enim hoc cum cogitur ad xpm uenire. & terram calcare conuenit. Alia quaestio rursus exortitur; nonne xps sursum est? nonne ascendit in caelum. & sed & ad dexteram patris. nonne apostolus clamat & dicit. Si ergo surrexistis cum xpo. quae sursum sunt sapite. ubi xps e. ad dexteram di sedens. quae sursum sunt quaerite non quae super terram. Quomodo ergo ut ad xpm eamus. terram calcare conpellimur. cum potius nobis sursum cor habendum sit ad dñm. ut cum illo esse possimus. Uid&is fit hodierni temporis angustias istam coartare quaestionem. quod & si uos forte minus uid&is. ego ut cumq. uideo quantae disputationis indigeat; unde p&o ut eam potius suspendi. quam uel negligentiis uel angustius pertractari non fraudata sed dilata expectatione patiamini; adert enim dñs qui nos debitores facit. ut faciat & iam redditores.

**INCIPIT SERMO LVII. DE EXEMRE.**

**N**on in memor mei debita iam reddendi tempus agnosco. don& unde reddam qui donauit ut debeam. Donauit enim dilectionem. de qua dictum est. Nemini quicquam debeatis. nisi ut inuicem diligatis. Don& & iam sermonem. quem uideo me debere dilectis; expectationem uestram ad hoc nempe distuleram. ut explicarem sicut possem quem ammodum & iam per terram ueniat ad xpm. cum potius iubeamur quae sursum sunt quaerere. non quae super terram; sursum enim xps est sedens ad dexteram patris. Sed profecto & hic est. propter quod saulo in terra saeuenti dicit. quid me persequeris. ut autem hoc quaerendum susciperemus. hic tractabatur quod pedes dñs discipulis lauit cum iam ipsi discipuli loti essent. nec opus haberent nisi pedes lauare. ubi uisum est intelligendum quod baptismo quidem homo totus abluitur. sed dum isto postea uiuit in saeculo. humanis adfectibus terram uelut pedibus calcans. ipsa scilicet conuersatione uitae huius contrahit unde dicitur. Dimitte nobis debita nostra. & sic & iam inde munda datur ab eo qui pedes lauit discipulis suis. nec desinit interpellare pro nobis; hic occurrerunt ex cantico canticorum ecclesiae uerba dicentis. Laui pedes meos quomodo inquinabo eos. cum uell& ire & aperire ei qui uenerat ad eam & pulsauerat. sibiq. aperiri poposcerat ille speciosus forma praefilius hominum; hinc quaestio nata est quam coartate nolui. angustius temporis. ideoq. distulimus quo nam modo ecclesia timeat